

A naturales operationes indiuise, inconuertibiliter, inseparabiliter, inconfuse secundū sāt
 & etorū patrum doctrinā ad æque prædicamus & duas naturales voluntates non eō
 trarias, iuxta quod imp̄i assuerunt hæretici, sed sequentem humānā eius voluntatē,
 & non resistentem vel relūctantem, sed potius & subiectam diuinæ eius atq; omnipo-
 tenti voluntati. Oportebat em̄ carnis voluntatem moueri, subn̄ci vero voluntati diui-
 ne, iuxta sapientissimum Athanasium. Sicut enim eius caro dei verbi dicitur & est ita
 & naturalis carnis eius voluntas propria dei verbi dicitur & est sicut ipse ait. Quia deſ-
 cendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, sed eius qui misit me patris, ūa pro-
 priam dicens voluntatem, quæ erat carnis eius. Nam & caro propria eius facta est, quæ
 admodū enim sanctissima atq; immaculata animata, eius caro deſificata est, nō est perē-
 pta, sed in proprio * sui statu & ratione permanit, ita & humana eius voluntas deſifica-
 ta est, non est perempta, ūaluta est autem magis secundum deiloquum Gregorium di-
 centem. Nam velle illius * qui in ūalutore intelligitur non est contrarium deo, deſifica-
 tum est totum, duas enim naturales operationes indiuise, inconuertibiliter, inseparabiliter in
 eodem domino Iesu Christo vero deo modo glorificamus, hoc est, di-
 uinam operationem & humanaam operationem secundum diuinorum prædicatorem
 Leonem apertissime afferentem. Agit enim vtraq; forma cum alterius communione
B quod proprium est verbo, scilicet operante, quod verbi est & carne exequente qd car-
 nis, nec enim in quoquam vna dabimus naturalem operationem dei & creature, vt ne
 q; quod creatum est in diuinam educamus essentiam, neq; quod eximum est diuine na-
 turæ ad competenter creaturis locum deſciamus. Vnius enim & eiusdem tam mira-
 cula quæq; paſſiones cognoscimus secundum aliud & aliud eorū ex quibus est naturis
 & in quibus habet esse, sicut admirabilis inquit Cyrilus. Vndiq; igitur inconsulsum at
 q; indiuisum conseruantes vnum sanctæ trinitatis breui voce cūcia proferimus & post
 incarnationem, dominum nostrū Iesum Christum verum deum esse credentes aſieris-
 mus duas eius eſi naturas, in vna eius radiante ūulfis, in qua tam miracula qd paſſio-
 nes per omnem sui diſpersionem conuerſatus, non per phantasmam, sed veraciter
 hæc demōstrauit ob naturæ differentiā in eadē vna ūulfis cognoscendā dū vtrā,
 q; natura cum alterius communione indiuise & inconfuse propria vellet atq; operare-
 tur, iuxta quam rationem & duas naturales voluntates & operationes confitemur ad
 ūalutem humanaam conuenienter in eo concurrentes.

C ¶ Quarto, quoniam haecenus ipsi Armeni præter has tres, Nicenam, Constantino-
 politanam & Ephesinam prīmā synodos nullas alias vniuersales postea celebratas,
 nec ipsum beatissimum huius sanctæ ūidis antīſitem Leonem, cuius authoritate ipsa
 Chalcedoneā synodus exitit congregata, ūlcepereunt, aſerentes eidem fuisse ūuge-
 stum tam synodum ipsam Chalcedoneā, q; memoratum Leonem, secundum damna-
 tam Nestori, hæretici diſſectionem ūecile, instruximus eos & declarauimus huiusmo-
 di falsam ūigſionem, ipsamq; synodum Chalcedoneā. & beatissimum Leo-
 nem sancte & recte veritatem de duabus in vna persona Christi naturis ūuperius de-
 scriptam desinuisse contra imp̄i Nestori & Euthycis dogmata, iniunxitq; vt ipm
 beatissimum Leonem, qui veræ fidei columna ūuit, & omni ūancitate & doctrina re-
 fertus tanquam sanctum & in catalogo sanctorum merito deſcriptum de cætero repu-
 tent & venerant, atq; non ſolum dictas tres synodos, ſed & omnes alias vniuersales
 authoritate Romani pontificis legitimate celebratas, ſicut & cæteri fideles reuerenter
 ūincipiant.

¶ Quinto, ecclesiasticorum ūacmentorum veritatem pro ipsorum Armenorum
 tam præſentium q; futurorum faciliori doctrina ūub hac breuissima redigimus formula
 nouae legis. Septem ūunt ūacmenta, videlicet baptismus, confirmationis, eucharistia, pœ-
 nitentia, extrema vñctio, ordo, & matrimonium. Qua multum a ūacmentis differunt
 antiquæ legis. Illa enim non cauabant gratiam, ſed eam ſolum per paſſionem Christi
 dandam eſi ūigurabant, hæc vero noſtra & continent gratiam & ipsam digne ūufcipi-
 entibus conuerterunt. Horum quinq; prima ad ūiritualem vniuersitatis hominis in ūiplo
 perfectionē, duo ultima ad totius ecclæſiae régimen multiplicacionemq; ordinata ūunt.
 Per baptiſtum enim ūiritualiter renascimur, per confirmationem augemur in gratia,
 & roboramur in fide, renati autem & roborati nutrimur diuina eucharistia alimonia,